a) presentarent c. ex

52

in castro presentirent, a fundamentis abextra subfodiunt et magnam partem muri corruere coegerunt. Sicque statim milites Sweri castrum intrantes ibidem plusquam sexaginta bonos milites et militares captivarunt. Tandem expugnatis istis, qui in turribus erant, civitatem Friberg rex potenter optinuit. Rex multos ex ministris captis decollari fecit. Sicque similiter milites et militares captivos decollari minatus fuit. Marchio vero Fredericus potius maluit terram suam totam Missnensem perdere quam suos fidelissimos milites interire. Totam marchiam Missnensem pro redemptione suorum captivatorum regi tradidit et sic sine aliquo castro vel terra propria cum tribus saltem equis aliquamdiu equitavit. Hec omnia patre ipsius Alberto Thuringie lantgravio procurante. Tandem Albertus Thuringie lantgravius senio confertus in civitate Erfordensi mortuus fuit et ibi in ecclesia beate Marie virginis in monte honorifice in medio monasterii sepultus, cui ecclesie collegiate multa bona et aliis piis locis contulit et appropriavit. Nam valde liberalis in dando et appropriando monasteriis et piis locis fuit non propter Deum tantum, sed ut proprios filios exheredaret et quia hoc in totum facere non potuit, saltem extenuare et exinanire modis omnibus curavit. Nam castrum Eckersberg, Friborg, Landisborg vendidit et filiis alienavit cum civitate Sangerhusen et Deltz, multa eciam civibus Erfordensibus donavit, vendidit et obligavit, que tandem post suam mortem filius suus Fredericus prout in sequentibus dicetur, recuperavit. Merito igitur patrum suorum sepultura caruit, quia ita a patris suis gressibus exorbitavit.

Castrum in Friberg capitur et expugnatur.

a) expugnantes corr. ex pugnatis c. expungn.

m/ Missn

missn

Albertus moritur et in Erfordia sepelitur.

appropiavit

item

+ f. CCLXVIII c.

ffrib.

deltz